++++ Osmophytum Lindl.

72. **Epidendrum pallens**: pseudobulbo tenui ligulato ancipiti monophyllo, folio cuneato ligulato acuminato, pedunculo bene articulato ancipiti, articulis inferioribus fibrorum fasciculis cinctis, superioribus bracteiferis, bracteis ligulatis compressis acutis, ovariis pedicellatis exsertis, sepalis lineariligulatis acutis, tepalis linearibus acutis, labello oblongoligulato obtuse acuto basi rotundato, callis angulatis geminis in basi interposita linea elevata, hac et callis in lineas elevatas usque apicem versus excurrentibus, androclinio praerupto.

Forsan racemus usque ad pedunculi basin evolutus fuit, ita ut fasciculi fibrarum in articulis a bracteis destructis sint derivandae. Flores illis Epidendri clavati Lindl. aequimagni.

„Blüthe gleichmässig hellockerfarbig.“

Vulkan de Barba in Costa Rica. 9000′. 11. 7. 1857.